¶ De conuersis pilis qui nascuntur in palpebris magis interius q̃ debent et pũgunt oculũ. Caplm. 26.

Si pilus fuerit vnus aut duo: alijs palpebrarum pilis cum mastice aut oleo sceni sunt annectendi: aut radicitus euellantur: et loca a quibus euulsi sunt cum ferro acuto vt acus adurantur. Si aũt multi fuerint necesse est vt caro palpebre incidatur. Loqui tamen de hoc nostri libri mensuram pretergreditur.

¶ De aqua descendente in oculum. Caplm. 27.

Quandoqz alicui videt quođ ante se habeat cimices aut alia parua corpora subtilia et radiosa. Quođ aliquando cã stomachi aliquando ex ꝓprio nocumento ipsi⁹ oculi ɔtingit. Ideoqz differentiam inter hec duo considerandа est: neqz ꝓ paruo est habendũ cũ hoc accidens euenerit. Ex eo nãqz qđ causa stomachi accidit: non est multũ timendũ ꝙ oculo nocumentũ inferat. Ex eo vero qđ ex proprio vitio oculi contingit valde timendũ est: hec aũt passio dũ recens est vt in principio: cum medicinis curabilis est. Sed cum iam ad perfectionem deuenerit sanari non potest nisi cũ incisione: et fortasse etiam incisio prodesse non poterit. Quapropter differentia inter hec duo predicta diligẽter ẽ inuestiganda que est prout dicemus. ¶ Quando imaginationes que videntur vtriqz apparent oculo estimandũ est contingere hoc ex vitio stomachi: et ecõuerso. ¶ Et cũ imaginatõẽs in hora fastidij et in hora male digestiõis plures solito videnẽ: in hora aũt famis et laboris pauciores appent: estimãdũ est ẽt hoc ex stõaco eẽ. ¶ Et si ex quo iste imaginatiões acciderũt duo preterierũt mẽses aut plures: et in pupilla nõ fuerit visa ɔturbatio: estimandũ est ẽt hoc esse ex stomacho. ¶ Quãdo aũt iste estimationes tibi aggegate fuerint: pillas cochias in potu tribue: et si pas-

sio omnino remouet: iam estimationes predicte certificate fuerũt. ¶ Si autem vni tantum oculo apparuerint: ⁊ vno modo in omnibus horis permanserint estimandum est vitium aque adesse: precipue cum in pupilla nõ fuerit obfuscatio. ¶ Obfuscatio nanq3 si fuerit in pupilla dubitatio iam tunc erit sublata. ¶ Cum autem passio hec in oculo propria fuerit prohibendum est infirmo ne cũ ventosis minuat sanguinez: neq3 ex brachio: neq3 comedat pisces: nec omnia que humectare possunt. Uẽter vero frequenter soluendus est ex pillulis cochijs: ⁊ eger ex calefactiuis ⁊ desiccatiuis nutriendus est. Jdromel preterea in potu ei tribuendum: ⁊ in oculis sief de fellibus mittendum.

¶ Sief de fellibus qd̃ proficit aque a principio ⁊ dilatationi pupille: et eis qui post occasuz solis non vident: ⁊ tenebrositati visus que est ex humore. ℞. fellis gruis fellis sabot fellis hyrcini fellis accipitris fellis aqle fellis perdicis omniũ siccoꝝ vnuz aut plura. Sumat quoq3 ꝓ oĩbus ʒ. x. istoꝝ siccoꝝ euforbij collognitide serapini omniũ añ. ʒ. I. trita aggregentur ex succo feni. teneri ⁊ mittantur in oculo:

¶ De noctilopis. i. q post solis occasuz nõ vident. Cap. 28.

AB hoc vtile existit epar caprinum scindere ⁊ ponere super vnam sectionem piper longũ: ⁊ cooperire ipsam ex alia sectione pipere longo in medio existente: deinde ponere ipsuz in furno: ⁊ dimittere ibi donec assetur ⁊ non desiccetur: quo perfecto piper longũ qd̃ in medio erat sumatur: ⁊ bene teratur cũ pauco musco: deinde ex liquore qui ex epate assato expressus fuerit conspergatur ⁊ siccetur: ⁊ in oculum mittatur. Aut fel caprinum cum melle mixtum in cucuma super ignẽ misceatur: deinde radius i eo illinit⁹ imittatur oculo. Quod autẽ ad hoc magis valet: est vt sief de fellibus in oculo mittatur. Si autez hoc nõ suffecerit vẽter soluatur ⁊ sanguis ex duabus cephalicis ⁊ ex fronte minuatur: ⁊ regimen subtilietur.

¶ De dilatatione pupille. Capitulũ. 29.

CUm pupilla hoc est foramen qd̃ est in nigredine oculi adeo dilatari videtur: vt vndiq3 pertingat ad albedinem fueritq3 post vehementem cephalice dolorem parua: habenda est fiducia in eius cura. Sed si dilatatio parua fuerit: tunc assidua solutionẽ ventris ex cochijs multotiens: ⁊ sief de fellibus in oculo mittendum. Quod si pupillam post percussionem dilatari contingat: non est inde timendum: quia remouebitur. Fiat itaq3 emplastrum ex farina fabarũ ⁊ camomilla ⁊ euisco cum vino ⁊ aqua.

¶ De fistulis que in angulis lachrymalibus fiunt. Cap. 30.

CUm angulus lachrymalis resudat: ⁊ cũ premitur sanies ⁊ virus ab eo egreditur: fistulam pati intelligitur: que cuz cauterio curatur. De hoc tamẽ loqui plus est: q̃ꝫ huic nostro attinet libro. Nos tamẽ taz ei adiungimus medicamen: qd̃ si adhibitũ fuerit: ipsaz per multos menses adeo tardare facit: vt eger sanus videat. ¶ Medicamen autez illud. ℞. aloes thuris sarcocolle sanguinis draconis balaustie antimo

nij aluminis: omnium partes equales zinlar quantum est quinta pars vnius fiant ex eis sief. Cũqꝫ necesse fuerit: fistula in tantum prematur: vt quicquid saniei in ea continetur egrediatur. Deinde infirmus super latus in quo non est fistula iaceat: de predicto sief aliquid dissoluatur in aqua de quo in angulo lachrymali tres gutte aut quattuor inquinatizentur: magno existente interstitio inter proiectionem vnius gutte & alterius. Quo facto eger ꝑ tres sic iaceat horas. ¶ In mane quoqꝫ sequenti die similiter fistula bene prematur: & fiat eadem cura. Qđ per hebdomadam vnam fieri cõuenit: & etiam tãdiu donec nihil a fistula egrediatur comprimitur. Ex hac nãqꝫ cura: locus multis mensibus siccus permanebit. ¶ De curis oculorum quantum huic loco necessarium esse putauimus: iam satis dictum eẽ credimus. Alia vero q̃ sunt de curis que per ferrum exercentur dimittamus: quia multis indigent medicaminibus. Sunt tamen quedam ex eis que in locis in quibus de decoratione tractauimus & sanitatis custodia continentur.

¶ De dolore qui fit in aure. Cap. 31.

Si cum dolore qui fit in aure fuerit in facie inflammatio & pulsatio sanguis ex cephalica erit minuendus: & oleum roseum aut oleum de floribus salicis tepidum cum pauco aceto imittenduꝫ: lac quoqꝫ ita calidum vt ex mãmilla egreditur multotiens distillanduꝫ erit. Venter preterea ex mirabolanis citrinis & scamen & aloe vehementer soluatur. Qđ hoc modo fiet: mirabolanorum citrinorum. ʒ. xx. sumantur & puluerizati in duabus libris aque coquantur donec ad duas vnius libr̃. tertias redeant & colentur. Post hec sumatur aloes. ʒ. I. scamõ sexta pars ʒ. I. aggregentur cum rob de citonijs: & fiant ex eis pillule: que ꝑ duas horas ante decoctioneꝫ sumantur: deinde bibatur decoctio. ¶ Quod si dolor non quieuerit: parum opij in oleo roseo resoluti in aurem mittatur. Et si pulsatio redierit & tribus diebus perseuerauerit: oleuꝫ sisaminum in quo anatis aut galline adeps fuerit resolutus in aurem sepe mittatur. Ibi namqꝫ est pustula que maturatione indiget. ¶ Cum aũt dolor quieuerit putredo iam tunc collecta erit. Ideoqꝫ pus subito ex insperato de aure egredietur. ¶ Cum autem dolor in aure fit post fastidiosam satietatem: aut post ventos frigidos: oleum in quo ruta aut cepe cocte fuerint in aure distilletur. Aut oleum de lilio sumatur: & cuiqꝫ vnc̃. ex eo commisceat euforbij recentis. ʒ. I. & castorei. ʒ. I. Sed si h non suffecerit: venter ex pill'. cochijs soluatur. Patiens quoqꝫ balneum ingrediatur in quo etiam sudet. Vinum quoqꝫ vetus & forte ei tribuatur. ¶ Si autem cũ dolore auris fuerint sonitus & tinnitus atqꝫ vẽtositas: panicum siue milium in sartagine torrefactum calidum: multotiens superponatur. Et auris quoqꝫ super vaporem aque in qua sunt cocta mẽtastrum & sticados arabicus & sansucus teneatur: de castoreo preterea & euforbio in oleo sambacino dissolutis: quorum vnumquodqꝫ quattuor grana ordei ponderet: in aurem mittat.

¶ De vlcere quod fit in aure. Cap. 32.

CUm pus ab aure egredit: idromel tepidū multotiens in vna die in aure est distillādū. Deinde hoc medicamen optime faciens ad hoc est immittēdū: qd. ℞. sarcocollam aloez ꝛ sanguinē draconis thus squamā ferri ziniar. Ex eo in aceto dissoluat: ꝛ in aurē mittat: ꝛ liciniū melle illinitū in predictis intingatur: ꝛ sic imittat: patiens itaqꝫ ex hoc medicamine ꝛ ydromelle medicet donec sanus sit.

¶ De sonitu ꝛ tinnitu. Capl'm. 33.

FOrtasse quandoqꝫ contingūt ex subtilitate sensus audit' ꝛ ei' claritate. Cui' signū est quod in tempore famis auget: ꝛ in hora ebrietatis ꝛ satietatis minuit. ¶ Qd propria non indiget cura nisi superfluitatem obtineat. Tūc enim de opio dissoluto in oleo immittendu3 est in aure quātū duo ordei grana ponderant. ¶ Si autem hec cū grauedine capitis ꝛ auditus debilitate affuerint: oleū de semine raphani ꝛ oleum de amigdalis amaris ꝛ oleū roseū in quo castoreū fuit resolutum: sunt immittenda. Auris quoqꝫ super vapore3 aque in qua sansuc' sticados arabicū absynthiū mentastrum origanum cocta sint ponenda sunt. Et venter multotiens ex pillulis cochijs est soluendus: ꝛ cibaria minuenda ꝛ vinum dimittendum.

¶ De grauedine auditus. Capl'm. 34.

CUm in auditu contingit grauitas considerandū est: an sit ibi sordicies que vocatur cera que fit in aure: que si inueterauerit mundetur: aut cum medicinis ſm quod diximus: aut cum cura man'. ¶ Si autem sordes non affuerint ꝛ euenerit hoc post satietatem fastidiosam que eam precessit: aut egritudinem acutam: auris ponenda est super vaporem aque in qua ea que prediximus cocta fuerunt traiectorio interposito vsquequo vapor ascendit. Qd hoc modo fieri conuenit. Res iste in cucuma habente os acutum coquantur: deinde traiectorium ori cucume superponatur: ꝛ ne vapor egredi possit: pānus obuoluatur: ꝛ auris super os traiectorij ponatur. ¶ Istud preterea fiet in aure3 mittat. Qd. ℞. colloquintide. ℥. 1. baurach tertiam. ℥. 1. castorei aristologie rotunde succi absynthij. omnium. an̄. ℥. 5. costi quarta3. ℥. 1. euforbij sexta3 ℥. 1. fellis vaccini quantum sufficit ad predicta cōficienda. Fiant ex eis sief. Cūq3 necesse fuerit: vnum in oleo de amigdalis amaris resolutu3 auri immittat. Hoc enim valde vtile existit dolori flegmatico ꝛ ventositati ac sonitui ꝛ tinnitui: qui ex grosso vento fuerit ꝛ surditati que est ex grossis humoribus. ¶ Si autem debilitas auditus contingit post ieiuniu3 aut vigilias: fueritqꝫ facies extenuata: ꝛ oculi concaui: eger balneu3 sepe ingrediat ꝛ largiori cibo ac potu vtatur: ꝛ in somno fiat profundior: super caput quoqꝫ aquam tepidam cum oleo fundat donec sanetur. Qd si post frenesim cōtingat: ex medicinis primis curet.

¶ De vermib' auris ꝛ paruis aialib' ipsa3 ingredientib'. Cap. 35.

CUm in aure fuerit titillatio ꝛ pruritus ꝛ dolor: deinde acciderint vermes ab aure: immittantur auri succus mētastri. Aut de folijs

persicorum. Aut oleum de nucleis ipsorum. Aut aloes in aqua dissoluatur et immittatur. Hec enim vermes auris et parua animalia ingredientia ipsam quando erunt in aure et in vlceribus nascuntur interficiunt.

¶ De eo quod in aure figitur ab exterioribus ingressum. Cap. 36.

Cum aliquid figitur in aure: oleum tepidum est immittendum: et patiens balneum ingrediens ibi moram faciat donec corpus eius mollificetur. Deinde naribus insuffletur condisi: et teneatur anhelitus donec sternutatio sequatur. Forsitan enim sic egredietur. ¶ Si autem fuerit difficile et non exierit erit necesse vt cum ferro auri immisso extrahatur. ¶ Quod etiam in naribus est faciendum siquid eas ingressum fuerit quod extrahi non possit. ¶ Quod si aqua intrauerit capite ad partem auris illius inclinato saliat eger: et si non exierit prouocetur sternutatio vt diximus: deinde tepidum multotiens immittatur. Neque hoc pro paruo est habendum: et precipue si res malam habens qualitatem ingressa fuerit: ex ea namque grauis sequetur dolor.

¶ De sanguine ex naribus fluente. Cap. 37.

Ex his que sanguinis ex naribus fluxum retinent: est succus albedarugi cum camphora fuerit in eo dissoluta naribus immissus. ¶ Confert enim ei qui hanc passionem incurrere solitus est ante eam iniectus. Aut in hora egestionis. Aut sumatur gipsum cinis carte de panno galle sanguinis draconis cahozegi et puluerizata naribus insuffletur. Aut licinium in eis intinctum mittatur in nares. Aut alumen iameni puluerizatum: vt alcohol cum amilo eiusdem quantitatis naribus insuffletur. ¶ Quod si adhuc vehementer manauerit: superiores adiutoriorum partes apud ascellas cum institа: et coxe apud inguina ligentur: et testiculi similiter sunt ligandi. ¶ Si vero passio inualuerit: flobotometur cephalica eiusdem partis de qua fluit sanguis. ¶ Si autem nec hoc modo strictus fuerit: magne ventose cum igne superponantur ventri ab ea parte de qua fluit sanguis.

¶ Medicamen quod vehementer valet ad sanguinem constringendum. Sumatur calx alba et leuis qua vtuntur aurifices et sepe naribus insuffletur sine interpollatione: et licinium albumine oui illinitum ea inuoluatur et naribus immittatur.

¶ De vlceribus narium. Cap. 38.

Cum in naribus fuerint escare cera et oleum ac adeps gallinaceus eis immittantur: et aquam calidam naribus in mane multotiens per aliquot dies odoret. ¶ Cumque pustule egredi ceperint: licinium aceto forti infusum in quo sal positum sit naribus immittatur: ac super eas similiter ponatur. Siccabuntur enim ex hoc et non prolongabitur eorum mora. ¶ Quod si vlcera ibi affuerint: ex vnguento de cerusa curentur.

¶ De emoroydibus que nascuntur in naribus. Cap. 39.

Cum intus in naribus caro superflua mollis et quasi dissoluta rubea aut alba exorta fuerit: et nares ingrossari ceperint: ac ex carne predicta repleri: cephalica prius erit flobotomanda. Deinde licinium

ex vnguento viridi qđ in capitulo de corrodentibus carnem nominaui mus: liniendum ꝛ naribus erit imittendum. ¶ Si vero istud nõ suffecerit: medicamen acutum qđ ibi descripsimus apponaẛ: donec ex toto mundificetur. ¶ Hec preterea passio quoqꝫ cum ferro curatur radicitus oino incidendo. ¶ Medici tamen quoqꝫ in hoc errant: nam ex eoꝝ cura eger maximũ incurrit nocumentũ. In hoc namqꝫ loco cancer plerũqꝫ exoritur. Uerũ cancer qñ in hoc nascitur loco: neqꝫ acutas tollerat medicinas neqꝫ incisionem que fit cum ferro. Inmo indiget vt suauiter tractetur: ꝛ medicaminibus lenientibus: ꝛ flobotomia ꝛ ventris solutione curetur. ¶ Cognosciẛ aũt an illud accidẽs sit cancer: qꝛ est durus pertingẽs quoqꝫ vsqꝫ ad palatum. Sed cũ nares sicce sint ꝛ dure: nec sit in eis humiditas aliqua: summopere cauendũ est ne hec egritudo aut ei similis ferro aut acuto medicamine tangatur. Si naũt qđ in naribus exoritur caro mollis est fluxerintqꝫ ex eis humores: ꝛ cũ nares stringuntur inueniunẛ molles: ꝛ cũ tangunẛ tactus nõ sentiẛ solidus: non est timendũ qn ex medicaminibus acutis ꝛ ferro mederi possint.

¶ De amissione odoratus. Capitulum. 40.

CUm sensus quo odoranda precipiũtur amissus fuerit: neqꝫ in naribus caro superflua creuerit: ꝛ aer ita leuiter vt pus attrahitur: ꝛ oculi ac sensus naturaliter existunt: naribus erit insufflandus puluis adeo subtilis vt alcohol: qui fiat ex condisi ꝛ arthanita ꝛ sale armoniaco. ¶ Egro quoqꝫ precipiatur vt nares vapori ex aceto calido procedenti multotiens apponat. ¶ Si autem hoc non suffecerit: quod nominabimus naribus insuffletur. Cuius descriptio hec ẽ. ℞. nigelle fellis gruis colloquintide ellebori albi omniuꝫ ana partes eq̃les. Puluerizentur ꝛ ponantur in vrine camelli arabici quãtitate tanta que ea cooperire possit: et ponanẛ ad solẽ donec siccentur. Deinde fiant ex eis sief. Cumqꝫ necesse fuerit: vnum ex eis lentis habens magnitudinem in oleo sansucino intinctum naribus immittatur. Optimum enim ad hoc existit. ¶ Si autem ex hoc quod naribus immittiẛ fortis sequatur dolor: oleum de semine cucurbite eis immittaẛ: ꝛ aqua calida super caput fundatur: ꝛ sorbeat calida ea que humectant vt ptisana: ꝛ quod fit de aqua furfuris: ꝛ de farina ꝛ similia. Et hoc quidem est medicamen ad emissionem odoratus probatissimum: quod sic conficitur. Nigella puluerizetur: donec fiat vt puluis: ꝛ misceatur cum oleo veteri. Deinde ager implens os suum aqua reclinet caput retro quanto plus poterit: ꝛ tunc ex predicto medicamine aliquante gutte naribus distillentur. ¶ Egro quoqꝫ precipiatur vt quantum ei possibile est aereꝫ extrinsecum interius attrahere nitatur. Quod in tribus diebus tribus vicibus fieri conuenit. Si autem mordicatio superuenerit: fiat hoc quod nominauimus.

¶ De dolore dentium. Capitulum. 41.

SI gingius cum dolore dentium fuerit sanguinolenta: ꝛ apostemosa ꝛ rubea: fueritqꝫ apostematio cuꝫ pulsatione: extrahaẛ san

guis cum ventosis flobotomia ex cephalica prius facta. ¶ Deinde hora aliqua diu acetum et oleum roseum teneat: quod postquam eiecerit: idem iterum faciat. ¶ Post hoc oleum roseum in ore teneat: et si ex hoc non euaserit fueritque pulsatio vehemens et cum inflammatione: camphora et piretrum terantur: et in radicibus dentium ponantur. Cumque dissoluta fuerint iterum mittantur. Cotum quoque oleo roseo illinitum desuper ponatur. ¶ Quod si dolor aliquando augmentatur et vehementior fiat: opii sexta pars .ʒ.i. in oleo roseo dissoluatur. Ex quo cotum illinitum radici dolentis dentis adhibeatur. ¶ Si autem nec dum sedetur: locus scalpellandus est: et sanguisuge superponende sunt. ¶ Gingiua vero si non fuerit sanguinolenta neque apostemosa neque dolor est cum pulsatione: neque in facie fuerit inflammatio aut dolor acciderit post fastidium et satietatem et post cenam comeditque ex cibo frigido multum: venter egri ex pillulis cochiis soluendus erit: et dolentium dentium radices ex hoc medicamine fricande: quod sic fit. ¶ Sumantur piretrum sinapis scel, taragi indi baurac piper zinziber: et ex eis puluerizatis dentium fricentur radices. Cotum quoque eis illinitum super dentium radices ponatur: postquam eger os ex aceto in quo piretrum et mentastrum atque origanum cocta fuerint colluerit. ¶ Afforis preterea panicum siue milium in sartagine torrefactum super maxillam est ponendum. ¶ Aut ex piperis puluere melli commixto dens et eius radix fricentur. ¶ Et si hoc non suffecerit: in dentium radicibus hec tyriaca ponatur que. ℞. castorei assefetide piperis zinziberis storacis opii omnium partes equales. Conficiatur et administretur. ¶ Eger preterea per aliquantulum temporis a comestione abstineat maneatque famelicus: ingrediatur balneum: et vtatur motu. ¶ Si autem nec sic quiescat: ferrum ignitum radici dentis multotiens apponatur: aut eradicetur. Si vero dens corrosus fuerit: repleatur ex medicaminibus que nominabimus: et que sunt corrosiua: aut extrahatur.

¶ De extrahentibus dentes et confringentibus. Cap. 42.

Medicamen quod in dente corroso ponitur: ipsius sedat dolorem: ac ipsum confringit. Sumantur kebikegi et piper et trita ex alcatrano: conspergantur et impleantur ex eo. ¶ Medicamen quod dentes debiles ac dolentes qui sunt extrahendi eradicat. ¶ Cortices radicum mori: et radicum capparis: et piretrum: et lactitimali: atque lac anabule: et arsenicum rubeum: et radix colloquintide: sumantur: et trita: ex tanto aceto quod eis sufficiat conspergantur. Acetum quoque per hebdomadam vnam semel in die vt prius addatur. Post hoc dentes in circuitu scalpellentur et ex predictis decies in die epithimentur: donec ad mouendum sint faciles: et sic extrahantur. ¶ Aut fiat epithima ex fece aceti acutissimi per multos dies: et postea extrahantur. ¶ Aut rane fluuiales in oleo coquantur donec dissoluantur. ¶ Cumque necesse fuerit: dentium radices scalpellentur: et ex oleo multotiens inungantur: donec facile moueri possint: postea cum instrumento extrahendi dentes euellantur.

¶ De dentium congelatione et stupore. Cap. 43.

Portulaca ꝛ amigdale amare masticentur: aut his similia. Aut fiat fricatio cum sale ꝛ masticetur cera.

¶ De dentib⁹ qui dolent cū a re frigida tangūtur. Cap. 44.

Oleum calefactum in panno desuper est ponendum. ¶ Aut vitellus oui assatus calidus multotiens masticetur. ¶ Aut calidum panez multotiens mordeat; ¶ Aut fiat fricatio ex balsamo. ¶ Aut ex oleo de lilio siluestri.

¶ De cola. Capitulum. 45.

Si pustule fuerint rubee sumantur antere amili spodij lentium excorticataꝝ seminis portulace coriādri sicci seminis sene de mecha omniū aā. partes equales camphore paꝝ: ex his puluerizatis fiat fricatio ꝛ cū aceto mixta ꝛ oleo roseo ꝛ aqua rosata in ore teneant ꝛ sanguis minutio cū vētosis fiat. ¶ Albe vero si fuerint pustule: cū sale ꝛ melle fricentur: ꝛ sirup⁹ acetosus in ore teneat: aut almuri.

¶ De gingiuis sanguinolentis. Capl'm. 46.

Cum ex gingiuis sanguis subtilis assidue manauerit: vtriusqꝫ arsenici scilicet rubei ꝛ citrini calcis gallarum aluminis omnium partes sumantur equales: ex quibus puluerizatis ꝛ cum aceto mixtis parui formentur trocisci. Cūqꝫ necesse fuerit ex eis puluerizatis sumatur quantum est sexta pars. ℥ i. ꝛ fricentur gingiue ex eo optime: ꝛ permaneat sic parum. Deinde teneat oleum roseuz in ore. Est enim hoc mirabile ad hanc egritudinem curādam ꝛ putredinem: ꝛ herpetem estiomenum qui est in ore.

¶ De casu vuule. Capitulum. 47.

Cum eger senserit aliquid radici lingue sue insistere: aut gutturi: ꝛ cum iubetur aperire os ꝛ extrahere linguam: videtur vuula ei⁹ iam esse fluxa ꝛ elongata: ramech ꝛ sal armoniacus sumant: ꝛ bene puluerizata cum instrumento insufflandi super vuulam insufflentur: ꝛ ex eis in summitate predicti instrumenti aliquid ponatur ꝛ radici vuule cum eo dirigatur: ꝛ ipsa cum instrumento paruz exterius extrahatur. Aut granatum acetosum cum pulpa sua teratur: ꝛ fiat ex eo gargarismus. ¶ Quod si diu permanserit taliter ꝛ elongata fuerit: eiusqꝫ pars superior subtiliata et caput eius rotundum fuerit: tunc radicitus erit incidenda. Cauendum tamen est ne anteqꝫ ita vt diximus sit disposita incidatur. Ex hoc enim sequitur quandoqꝫ sanguinis fluxus qui constringi non potest.

¶ De sanguisugis que ingrediunt guttur. Capitulū. 48.

Cum aliquis in gutture suo titillationem senserit: ꝛ sanguis subtilis inde manauerit: extimandum est tunc sanguisugam in ore eē: ꝛ precipue si aquā loci quo sanguisuge fuerint biberit. ¶ Os igitur egri est aperiendum: ꝛ lingua extrahenda ꝛ inferius premenda ꝛ guttur in sole est inspiciendum: ꝛ si sanguisuga in loco propinquo pendere visa fuerit: cum forficibus quibus sagitte educuntur extrahēda erit. Quod hoc modo fiet: caput a quo pendet est stringendum ꝫ sic extrahatur.

¶ Quod si non fuerit manifesta eger multotiens gargarizet sinapim cum aceto: quia de loco in quo est mouebitur. ¶ Aut fiat gargarismus ex aceto et assa: aut ex aceto et sale.

¶ Nigella preterea et sinapis trita insufflentur gutturi: fiat etiam gargarismus ex succo cepe. ¶ Si autem post eius casum remanserit egro sanguinis resudatio: fiat gargarism⁹ ex apozimate in quo cortices granati: et balaustie et sumach cocta fuerint: et gutturi insuffletur puluis de balaustijs et thure et sanguine draconis et amido. ¶ Si autem sanguisuga stomacho annexa fuerit: medicamina quibus vermes expelluntur sumantur in potu. ¶ Ex his etiam que sanguisugam exire faciũt: est vt eger balneum ingrediatur et moretur in eo donec magnam patiatur sitim: et tunc aquam in niue infrigidatam frigidissimam scilicet in ore aliquandiu teneat. Cũqꝫ ceperit tepefieri eam expellat: et aliam sumat. Sãguisuga enim quandoqꝫ venit ad os frigiditatem querendo.

¶ De his que guttur ingrediũtur siue sint spine siue os. Cap. 49.

Cum illud quod guttur ingredit et infigitur in eo aut meri: fuerit bolus magnus aut eius simile: de his que nõ habent frusta scissa contenta in eis aut acuta confert plerũqꝫ percutere egruz in collo. Posterius multotiens et aquam sepe traijcere. Fortasse enim descendet inferius. Eger quoqꝫ balneum ingrediatur et oleũ multotiens traijciat: qꝺ postq̃ factum fuerit magnos deglutiat bolos. ¶ Quod si non descenderit: instrumentum quo huic simile inferius duci consueuit: in os mittatur. Est autem instrumentum illud de plumbo: quod cuz sit reti simile: est longum gibbositatem in se habens.

¶ De grauedine lingue. Caplm. 50.

Cum lingua absqꝫ alijs membris grauedinẽ passa fuerit: et eger neqꝫ febrẽneqꝫ acutaz incurrerit egritudinẽ sal armoniacũ et piper et zinziber et sinapis alba ac piretrũ et stafisagria et baurach atqꝫ origanũ et sal indũ et nigella et sansucus siccus sumantur et in aqua coquant et fiat ex eis gargarismus. Caueat tamẽ patiẽs ne ex eo aliquid traijciat aut eger ieiunus multis dieb⁹ gargarizet almuri nabati aut fiat gargarismus ex aceto et piretro. ¶ Postq̃ vero gargarizare cessauerit sumantur salis armoniaci piretri piperis sinapis oĩum partes eq̃les: et ex eis bene puluerizatis lingua diuti⁹ fricet. ¶ Qꝺ si cũ lingue grauedine auditus ac reliquoꝝ sensuũ grauitas fortis affuerit: fiat egri curatio ſm doctrinaz qua paralysis curat. Si aũt loquela in acutis febrib⁹ aggrauata fuerit et videris ipsaz cũ grauitate in loquela extenuatam et abbreuiatã et spasmatã: aqua calida ab alto super spõdiles colli et auris principia fundat et cũ oleo fricent. Eger quoqꝫ oleũ tepidũ in ore tenere dꝫ Et si diu est ex quo loq̃la minui nõ cessauerit vel etiã semper considerandũ est an ligamẽtũ quo inferi⁹ lingua cõnectit maius sit q̃ debeat. Qꝺ si ita fuerit ex eo paꝝ est incidendũ et zegi puluerizatũ immittẽdũ.

¶De lingua que adeo tumescit vt os egrediatur. Cap.51.

Cum contingit linguam adeo inflari vt pre magnitudine os egrediatur:fricanda est ex cepis aut ex citri acetositate:aut cum ribes: aut ex granato acetoso donec saliua multa ab ea pfluat. Hoc nanq3 modo detumescet z ad primam redibit mensuram. Si autē non sufficit fiat fricatio ex sale z aceto. ¶ Et si necdum sufficit fiat minutio ex vtrisq3 cephalicis prius z postea ex venis que sunt sub lingua.

¶De glandula que sub lingua nodat z vocat ranula. Cap.52.

Cum sub lingua glandula nociua fuerit:in principio ex sale armoniaco z gallis fricanda est. Si autem vetusta fiat: ex medicamine gingiue sanguinolente fricanda est quod est medicamen acutum. Eger autem acetum z salem in ore teneat.

¶De apostematibus accidentibus in lingua. Cap.53.

Ista eisdem sunt curanda: ex quibus cola quas supra nominauimus z sinantia sanantur.

¶De sinantia. Capitulum.54.

Cum inglutiendo sentitur angustia adest passio que sinantia vocatur. Cuius grauitas vel leuitas ſm angustie quantitatem deprehendi potest. ¶ Cumq3 traijciendi angustia fuerit in facie z oculis rubedo z repletio:in principio curationis cephalica flobotometur z gargarismus ex succo granati muzi cum carnositate sua fiat:aut ex rob mori de seni. Et post hoc fiat gargarismus cu3 aqua rosata in qua sumach fuerit infusum. Quod postq̄ per tres dies sic factum fuerit z venter ex succo fructuum sicut prunorum tamarindi cassie fistule z tereniabin solutus fuerit:fiat gargarismus ex apozimate ficuum citrinarū z passularum:aut ex medulla cassie fistule cū ydromelle. ¶ Quod si passio inueterauerit:ex gargarismis z insufflatione fortium medicaminum que dicturi sumus curanda erit. ¶ Si autem in facie non fuerit rubedo fluxeritq3 ab ore saliue multitudo z eger fuerit humectatus:in principio soluatur venter ex cochijs z fiat enema ex clysteri acuto qd̄ in capitulo de apoplexia nominauimus. ¶ Cum tamen passio inceperit fiat gargarismus ex sirupo acetoso:aut cu3 ydromelle z pipere z oximelle z deinde ex almuri nabati. Fiat etiam gargarismus ex ydromelle z sinapi. ¶ De his preterea que male sinante conferunt:est vt ex venis que sunt sub lingua fiat minutio:z vt ventose absq3 scarificatione in collo ponantur et epithimetur collu3 ex melle anacardino donec vesice in eo generentur z fiat gargarismus cum sinapi z gutturi fiat insufflatio ex hoc medicamine qd̄ sic fit. Sinapis sal armoniacū piretrum nitrum assa piper mētastru3:sumat z ex eis cū ydromelle fiat gargarismus.

¶De tussi. Capitulum.55.

Cum tussis acciderit:fueritq3 aspera z sicca:z cu3 rubedine z calore:egro muroba violarum z ptisana tribuenda erunt:fabas quoq3 excorticatas z spinachia cu3 oleo de amigdalis dulcib⁹ in comestiōe accipiat. In ore vero semp tenere debet pillulas bichichias. Aque autē

quam

quã bibit sirupus violatus est admiscendus.

¶ Confectio pillularum bichichiarum. ℞ succi liquiritie zucchari albi amborum. an. ʒ. x. amidi dragaganti amigdalarũ dulcium excorticatarum oium an. ʒ. ß. ex eis cum mucillagine seminis citonij conspersis informentur pillule. ¶ Quod si cũ tussi multum affuerit sputum qđ cũ expuendo expelli non potest: nocumentum infert: sed neq febris neq vehemẽs ventris solutio ipsam comitantur: ex his trociscis dandum erit infirmo: q ℞. seminis feniculi: seminis apij succi liquiritie capilli veneris amigdalarum omnium partes equales: ex his cum mucillagie seminis lini cõspersis informentur trocisci: ex quibus. ʒ. iij. tribuantur. ¶ Decoctionẽ autem qua in hac egritudine vtendum est: in capitulo de catarro iã descripsimus: cui tamen. ʒ. ß. capilli veneris sunt addẽde. ¶ Quod si tussis antiqua & nociua fuerit adeo vt egrum in nocte dormire non pmittat: pillule storacine sunt dãde: que. ℞. myrrhe storacis opij omniũ partes equales: informentur ex eis pillule ad lupinorum similitudinem: ex quibus vna aut due patienti tribuant. In potu vero sumat sirupum de papauere: & comedat semen albi papaueris cum zucchero. ¶ Qui hãc preterea patitur egritudinem vitet in comestione acetosa salsa pontica acria atq amara.

¶ Suffumigium ad antiquam tussim & sputum fetidum: qđ. ℞. aristologie myrrhe storacis galbani omnium partes equales: arsenici rubei ad pondus omnium: omnia pulverizata ex butyro vaccino conspergãtur: ex quibus magdaleones ad pile parue similitudinem informẽtur: & cum necesse fuerit in ieiunio ex vno eorum per traiectorium suffumiget.

¶ De asmate. Capitulum. 66.

Cum aliquis assidue patitur tussim: & aerem attrahit quẽadmodũ fit post cursum: aut post vehementem motum: & cum iacet supinus est ei deterius: sed cum sedet est ei melius: decoctio ei danda est: que. ℞. ficuum citrinarum. ʒ. x. dactilorum maiorem humiditatem habentium seminis apij seminis feniculi capilli veneris liquiritie ysopi prassij omnium. an. ʒ. ß. coquantur in tribus libris aque dulcis donec redeant ad vnam & colentur. De hac vero decoctione tribus diebus egro in potu tribuatur cum pondere duorum aureorum huius confectiõis: que. ℞. succi liquiritie ysopi capilli veneris omnium. an. ʒ. x. cordumeni piperis amigdalarum amararum aristologie rotunde seminis vrtice omnium an. ʒ. ß. mellis dispumati quod sufficit. ¶ Hec enim confectio superfluitates que sunt in pectore mirabiliter expellit: & est optima. Danda est itaq per hebdomadam vnam continuo.

¶ Deinde eger postq̃ comederit sinapim & mel: vomere cogẽdus est: & venter ex his pillulis soluendus q̃ recipiunt agarici ordei grana. xviij. colloquintide inferioris grana ordei. vi. elacterij grana. iiij. succi liquiritie. ʒ. ß. fiant ex eis pillule: & sufficiunt ad dosim vnam. Post hoc quoq iterum redeat ad bibendum confectionem & decoctionem sumendũ: & postremo ad vomitum & ventris solutionem vt prius. Hoc faciendum

est donec eger sanitati restituatur. Interi3 tamen a cibis grossis ꝛ stipti cis ꝛ acetosis abstineat.

¶ De pleuresi. Caplm. 57.

Cum aliquis sub costis suis dolorem sentit pungitiuum: ꝛ proprie quando siccam patit tussim: ꝛ febrit: expedit vt si dolor super partem costarum ꝛ furculam tendit fiat minutio ex basilica eius partis in qua est dolor: nisi totum corpus multo sanguine repletum fuerit: tunc enim ex latere contrario sanguinis detractio facienda est. ¶ Egritudo quoq3 si iam per aliquot dies a sui principio infestauerit egrum: flobotomia similiter a parte dolente facienda est. ¶ Quod si dolor inferi⁹ ad partem costarū posteriorum tendit: venter ex decoctiōe quam in caplo de reumatismo descripsimus est soluendus. Melius tamen est vt flobotomia fiat: deinde aqua ordei cum zuccharo assidue tribuat. ¶ Et si videris tussim eius vehementis siccitatis: da ei in diluculo omni die iulep: deinde da ei in potu aquam ordei. ¶ Et si eger fuerit debilis nutria tur cu3 pane ꝛ ex zuccharo. ¶ Si aute3 fortis fuerit: aqua ordei vsq3 ad diem quartum sufficiet. ¶ Cūq3 screare ceperit: decoctionem quam in capitulo de reumatismo nominauim⁹ quotidie sumat antequā aquam ordei bibat donec sanetur. ¶ Si autem febris ꝛ acuitas perseuerent: ꝛ eger in excreatione difficultatē patiatur: detur decoctio quam in capitulo de asmate nominauimus: qđ similiter est faciendum cum saniei fit excreatio. ¶ Qđ si in principio passionis qđ excreatur nigerrimum: aut valde citrinū apparet: ꝛ sic permanserit ꝛ febris non quieuerit neq3 calor vsq3 ad diem septimum timorosum est. ¶ Et si cum hoc toto aeris attractio non alleuietur: ꝛ in pectore fuerit oregmō aut in maxillis rubedo: ꝛ in oculis stupor: morti est propinquus. ¶ Si aūt exterius in latere apparuerit rubedo aut apostematio: ꝛ cum premitur locus dolet: ponatur desuper ventosa aut emplastru3 ex sinapi ꝛ ficubus: ꝛ dimittatur ibi donec locus vlceretur. ¶ De his vero que ex errore stolidorum ad augmentū nocumenti accidūt: hanc egritudinem patientibus est: ꝙ cū dolor in principio sentitur sub costis estimant grossam fore ventositatem: ideoq3 electuariū diamuscu3 aut ei similia egro tribuūt: eūq3 oīno interficiunt. Hec passio vocatur birsen: cuius cā est apostema qđ oritur interius in costis hypocūdriorum.

¶ De peripleumonia. Caplm. 58.

Cum homini superuenerit febris ꝛ in anhelitu tantū patitur constrictione3 vt se prefocari putet: ꝛ in maxillis ita vehemens fit rubedo vt tincte videantur: ꝛ anterior pectoris pars dolet ꝛ tussis adest: ꝛ qđ cum excreatione emittitur existit spumosum: ꝛ in pectore sentitur grauitas sine punctione ꝛ sine calore: cui omnia hec accidūt acutum in pulmone patit apostema: ꝛ vocatur hec passio peripleumonia. In principio igit curationis eius basilica minuenda est; deinde eger ex eis quibus medicatur pleuresis curandus est.

¶ De sanguinis proiectione cum sputo sine vomitu ꝛ sine rascatione per os. Capl'm. 59.

Cum sanguis cum rascatione aut paruo sonitu qui fit sine tussi egreditur: non est egro inde timendum. Poterit enim sanari gargarizando ea que in capitulo de finantia nominauimus: ꝛ regimen subtiliando. ¶ Cum vomitu quoqꝫ si exierit sanguis non magnū affert timorem. Curatur nāqꝫ hoc flobotomando egrum ꝛ si comederit stiptica sicut sumach ꝛ succus vue acerbe. In potu preterea sumat ex boli armeni gūmi arabici balaustie sanguinis draconis thuris omniū partib' equalib' dentur ex eo. ʒ. iij. cū rob simplici de citonijs. ¶ Quibusdam autem solet accidere sanguinis exitus cum interpollatione: ex quo nullum sentiunt nocumentū: immo remedium: ideoqꝫ sic est dimittendū. ¶ Quod si cum tussi superueniat sanguinis egressio: est timorosum. Est tamen incipiendum in curatione egri cum flobotomia ex basilica. Deinde ex trociscis istis in potu tribuendū: que. ℞. thuris sanguinis draconis: amboꝝ. añ. ʒ. iij. ꝛ tertiam. charabe. ʒ. v. emathitis terre sigillate: amboꝝ: añ. ʒ. x. aluminis. ʒ. ij. ꝛ. ʒ. balaustie. ʒ. iij. opij. ʒ. ij. rauetseni. ʒ. ij. ex his omnibus fiant trocisci. x. de quibus quottidie vnus in potu sumat cum succo ozimi maioris aut portulace. ¶ Et si egritudo vehemēs fuerit: alius circa noctem dandus est. ¶ Adiutorioꝝ quoqꝫ ac coxarū partes superiores sunt ligande ꝛ extremitates fricande. ¶ Pect' etiā precipue si in eo fuerit locus dolens ex trociscis predictis cum aceto ꝛ aqua epithimetur.

¶ Eius preterea cibaria succum vue acerbe ꝛ sumach ꝛ eis similia admixta habeant: ꝛ patiēs supinus iacens: de terra sigillata aliquid post aliquid paulatim comedat.

¶ De ptisi. Capl'm. 60.

Cum aliquis carnium diminutionem pati videtur post tussim cronica passione ꝛ sputo sanguinis aut saniei procedente lac asininū in potu tribuatur. ¶ Qđ si inueniri non poterit: caprinū cum pauco zucharo dandum est. Cum quo etiam panem sepe comedat: ipsumqꝫ quātoplus potest: loco aque in potu sumat. Uinum tamen subtile ꝛ temperatū aliquando est tribuendum. ¶ Nutrimentum autem egri sit ex carnibus auium ꝛ edina. ¶ Eger preterea ante comestionem ꝛ post balneū ingrediatur qđ non sit calidum sed tepidum: ꝛ in semicupio moram faciat. ¶ Summopere vero cauendum est ne venter soluatur. Cui tamen si solutus fuerit: ex huius pulueris bibitione succurrendū est: que. ℞. gummi arabici spodij boliarmeni seminis mirtini: omniū. añ. ʒ. i. fiat ex eis puluis de quo in die. ʒ. iij. cum sirupo de papauere albo aut rob mirtino dentur: huius quoqꝫ pulueris bibitio omnib' ventris constrictione indigentibus qui tussim patiuntur remedium affert. Cui plerūqꝫ adduntur xilocaracte de syria ꝛ bdellium de mecca. ¶ Quod si lac egro febrem generauerit auferendum est ei lac: ꝛ ptysana quousqꝫ febris recedit danda. Deinde lac ei denuo tribuendum. Et si febris iterū

redierit remoto lacte ptisana est danda. Post cuius recessionem vt pri⁹ ad lac est redeundum. Hoc autem semper est faciendum cum necessitas vrget ꝛ summopere custodiendus ne soluatur.

¶ De tremore cordis. Capitulũ.61.

Si cum cordis tremore fuerit pulsus velocitas ꝛ febris: eger ex basilica est minuendus: ꝛ trocisci camphorati cum succo maloruz acetosoruz in potu sunt tribuendi que. ℞. spodij seminis cucumeris citrulli endiuie lactuce portulace rosarum sandali albi omniũ partes equales: ꝛ pro vnoquoqꝫ pondere aurei vnius ex eis sumatur camphore triũ granorum ordei pondus: ex quibus cum succo macianorum confectis fiant trocisci: de quibus in potu quotidie vni⁹ aurei pondus quaqꝫ die tribuatur quod per duas hebdomadas fieri conuenit. ¶ Si autem hec non suffecerint lac de quo butyrum fit extractum ad bibẽdũ def. Ipse vero nutriaf ex pullis cum aceto ꝛ succo vue acerbe ꝛ ex acetoso. Syrupum preterea acetosuz de zuccaro factum bibat.

¶ Si autem cum cordis tremore nõ fuerit febris: trocisci muscati in potu sumantur: qui. ℞. masticis spice xiloaloes cinamomi gariofilorũ gallie muscate nucis muscate cubebe cardamomi maioris ꝛ ibelohe corticis citri omniuz añ. pondus vnius aurei: musci sexta. ʒ. i. ex his omnibus cum vino redolente conspersis fiant trocisci. Hi autem trocisci conferunt sincopi ꝛ tremori cordis.

¶ Electuarium dyamuscuz p̃ciosuz qd̃ ad sincopim ꝛ tristitiam ꝛ cordis tremorẽ ꝛ tediuz faciens. ℞. masticis cinamomi seminis ozimi maioris seminis ozimi gariofilati seminis mellisse semis fisimbrij seminis sansuci macropiperis: omnium partes equales: ex quibus omnib⁹ puluerizatis. ʒ. x. sumanf margaritarũ minutarꝫ coralli rubei charabe sete crude been albi ꝛ rubei folij: omnium añ. ʒ. x. musci tubapirici corconij puri. ʒ. v. cõficianf cũ melle de muraba chebuloꝝ. Hoc. n. electuariũ ad frigiditatẽ stomachi ꝛ digestiue egritudinẽ optimũ existit.

¶ De passione colerica. Capitulũ.62.

Cum paruus dolor pũctio ꝛ tristitia alicui superuenerit affuerit qꝫ cum ea vel post ipsam vomitus ꝛ ventris solutio: aqua calida multotiẽs cõtinue in potu tribuaf. Et si adhuc perseuerauerint vomitus ꝛ ventris fluxus: aqua calida iterum detur: sedabitur enim passio. ¶ Cum autem egritudo quieuerit eger balneum ingrediaf: in quo per vnius hore spaciũ moretur. Egressus autem de balneo leui alatur nutrimento deinde dormiat. ¶ Sed licet vomitus ꝛ ventris fluxus vehemẽtes fuerint ꝛ sinthomata terrefacientia superuenerint non tamẽ est timendum: immo cum medicaminibus que ego nominabo succurrẽdũ.

¶ In principio itaqꝫ trocisci de olibano cum aqua ꝛ niue ꝛ rob granatorum dentur semel qui item etiam sunt dandi si vomitus non cessauerit. Quoqꝫ adiutoria ꝛ coxe in supremis partibus ligentur ꝛ aqua in niue infrigidata super crura ꝛ pedes fundaf ꝛ in ipsam etiaz mittantur. ¶ Venter quoqꝫ ex sandalis rof. camphora gallia aqua rosata cõsper-

sis epithimet ꝛ pānus aqua rosata in niue infrigidata infusus desuper ponat: qui postq̄ tepefactus fuerit est remouēdus: ꝛ alius vt prius desuper mittendus. ¶ Ad potandū aūt paulatim tribuat vinū vetus temperatū cum rob granatoꝝ: ꝛ quando vomuerit iterū tribuat. ¶ Panez quoqꝫ in succo granatoꝝ infusum cogendus est sumere cū vino ꝛ comedere. Quē si vomuerit: iterū dandus est donec quiescat. ¶ Quod si sincopis supuenerit muscus cū vino dare cōueniēs est: vim inferendo. Et succus carnis edine ꝛ pulline cū pauco citonioꝝ succo in vino mixtus in potu est tribuēdus. Pulli preterea sunt assandi ꝛ ante nares ipsi⁹ discerpendi. Thus etiam dandū est vt ipm masticet ꝛ paulatim traijciat. Et postremo bolū corascenū cū camphora cōditū tribuat. ¶ Quicquid aūt de huius passionis cura nūc vsqꝫ diximus donec vomitus sedetur ꝛ stomachus cibū recipiat fieri conuenit. Postq̄ vero stomach⁹ ipsi⁹ recipere cibū poterit: nutriendus est eger: ꝛ parū vini veteris bene redolentus in potu sumat ꝛ dormire incipiat.

¶ Trocisci de olibano ad vomitū dicti. ℞. boli corasceni thuris amborū. añ. ʒ. x. cucube cardamomi amboꝝ. añ. ʒ. ij. ꝛ. ϛ. camphore gallie gariofilo. omniū añ. sextam. ʒ. i. fiant trocisci pondere aurei vni⁹. Hi enim vomitui multum conferūt.

¶ Rob de granatis: succ⁹ granatoꝝ acetosoꝝ sumat: ꝛ per noctem vnā aut ampli⁹ dimittat: donec qđ grossum est in fundo resideat. Deinde coquat ꝛ dispumet donec iulep similitudinem habeat: in quo ab igne deposito adhuc tamen calido mente viridis stipites mittant ꝛ in ipso manere dimittant quousqꝫ infrigidet. Cūqꝫ infrigidatū fuerit extrahant Ad cui⁹ similitudinē sirup⁹ de cytonijs ꝛ sirup⁹ de malis macianis fieri conuenit. ¶ Si aūt vomit⁹ hora aliqua nimis inualuerit ꝛ superfluerit: magna ventosa stomacho supponat.

¶ De his q̄ ꝯfortant stomachū ꝛ ciboꝝ pficiūt digōnē. Capi. 63.

Cum stomachi debilitas cū pauca siti: ꝛ tarda cibi a stomacho descensione: ꝛ acido ructu fuerit: fuerintqꝫ omnia accidētia hec parua neqꝫ fuerint vetusta: stomach⁹ cū trociscis de rosis erit curādus. De quib⁹ eger quotidie in mane pondus aurei vni⁹ ꝛ. ϛ. cū vnc. i. decoctionis de seminibus sumat.

¶ Decoctio autem de seminib⁹ hec est: sumat ciminū nabati ꝛ ameos et bulliant in miua donec aqua fiat rubea: de qua preterea cū trociscis de rosis vt predictū est in potu tribuat.

¶ Trocisci vero de rosis sunt: qui. ℞. pulueris rosarū rubearum. ʒ. iij. xiloaloes spice masticis xilocassie squināti cinamomi absynthij omniū añ. ʒ. i. conspergantur ex vino veteri ꝛ informentur trocisci. ¶ Nutriatur vero ex his que cito digeruntur ꝛ paucorum sint humorū ac paucarum superfluitatum: que etiā ex redolentibus ꝛ seminibus sint condita sicut sunt calagie ꝛ mutagenat. ¶ Ipse quoqꝫ ante comestionē multo vtatur exercitio ꝛ aquam minus solito bibat ꝛ post comestionez multū dormiat. ¶ De vino quoqꝫ veteri ꝛ puro parū bibat: totamqꝫ nutrica-

tionem minuat. ⁋ Quod si hec accidentia vetusta fuerint electuarium diaciminj: electuarium diaolibani: amboꝝ: añ vnius aurei pondus cũ vnc. vna veteris vini puri in potu sumat. Regimen aũt eius sit vt predi ximus.

¶ Electuarium diaciminũ. ℞. cimini carmeni. ʒ. c. zinziberis. ʒ. xx. piperis. ʒ. x. folioꝝ ruthe baurach panis amboꝝ. añ. ʒ. x. hec omnia cum melle dispumato conficiant̃ ⁊ det de hoc electuario si venter strict⁹ fuerit. Quod si solutus fuerit venter electuarium diaolibanuz est dandũ. Cuius descriptio in capitulo de ventris solutione continet̃. Si autem non suffecerit squáma ferri cũ vino tribuat̃.

¶ Scoria autez ferri hec est. ℞. seminis apij seminis feniculi anisi cimini ameos aniudẽ origani cheisim carui seminis coriandri melanopiperis macropiperis cinamomi thuris spice gariofilorum nucis muscate ciperi zinziberis omnium. añ pondus aurei vnius scorie aureos: x. omnibus sexcuplum vini addatur ⁊ coquat̃ donec ad medietatem redeat ⁊ coletur: deinde eger de hoc sirupo postq̃ colabit̃ pondus. ʒ. xxx. quotidie bibat ⁊ nutricationem alleuiet q̃ per tres hebdomadas faciens caueat sibi ab acetosis ⁊ a fructibus recentibus ⁊ ab aqua frigida: vinũ vero mensurate bibat.

¶ Emplastrũ stomachũ confortans ⁊ calefaciens. ℞. storacem spicam squinantum absynthiũ calamum aromaticum masticem. Ex his cum vino veteri ⁊ succo citonioruz conspersis emplastrum super stomachũ ponatur.

¶ Ad hoc preterea confert: vt stomachus fricando inũgat̃ ex oleo q̃ fit de spica nardi ⁊ cipero ⁊ vt lana carminata in predicto oleo calefacto inuoluta super stomachũ ponat̃ ⁊ cũ panno liget̃. Eger quoq3 vinũ vetus bibat: aut miuam: aut idromel.

¶ Miua aũt hoc modo fiat: succus citonioꝝ muzoꝝ sumat̃ ⁊ per diez ⁊ noctem vt residere possit dimittat̃ ⁊ colet̃. Deinde eius q̃ clarum est partes due sumant̃: zucchari pars vna: vini veteris vna ⁊ incipiat coqui suauiter ⁊ dispumari donec in iulep similitudinez transeat: postea pro vnaquaq3 libra ex toto sumant̃ zinziberis spice cinamomi gariofi. omnium. añ. ʒ. i. masticis. ʒ. ij. omnia hec puluerizata in panno ligent̃ ⁊ intus dum calidus est mittant̃ ⁊ cum infrigidari ceperit pannus extrahatur ⁊ exprimat̃ deinde sirupus recõdat̃. ⁋ Quod si digestiue debilitas fuerit cum multa siti ⁊ paucorum ciborum appetitu ⁊ fetido ructu sirupus acetosus de citonijs bibatur.

¶ Sirupus acetosus de citonijs. ℞. succi citonioꝝ acetosoꝝ partẽ vnã zucchari albi partem vnaz aceti clari q̃rtaz partez vnius coquant̃ omnia simul donec inspissent̃. Est aũt sirupus iste stomachi confortatiuus ⁊ ad suas peragendas actiones iuuatiuus ⁊ vehemẽtiaz inflãmationis ⁊ incensionis q̃ in eo est sedat. ⁋ Egri vero nutricatio sit res in q̃ simul congregant̃ acetositas ⁊ stipticitas vt est caro cum succo vue acerbe cocta ⁊ cũ malis macianis similiter cocta ⁊ cũ ribes ⁊ frigida ex albulem

⁊ amososi ⁊ illis similia ex cibis.
¶ De isto p̄terea def puluere pluries vt transglutiat: quī. ℞. rosarū ru
bearum. ℨ. x. spodij. ℨ. iij. seminis coriandri. ℨ. ß. dosis eius. ℨ. ij. cum suc
co granati muzi ⁊ cum sirupo acetoso de citonijs. ¶ Si autem cuz hoc
quod diximus fuerit in corpore extenuatio ⁊ inflammatio: egro lac ⁊
aqua ordei danda sunt. ¶ Ipse quoqꝫ ex herbis humectantibus est nu
triendus vt sunt lactuce malue cucurbite citrulli carnes edorū ⁊ agno
rum lactantium ⁊ pisces recentes.
¶ Balneū p̄terea anteq̄ comedat ⁊ postq̄ comederit ⁊ tinam quotidie
ingrediaf ⁊ vinū clarū valde tēperatū bibat: ⁊ assidue vtaf qete: ⁊ mo-
tū ⁊ exercitiū vitet: sitqꝫ totū eius regimē vt eius q corporis grossitiem
adipisci desiderat. Et si cū hac dispositiōe inflāmatio fuerit ⁊ incēsio ve
hemētissima: stomachus ex reb⁹ frigidis erit liniendus ⁊ aq̄ ordei dan
da. Sitqꝫ eius regimen vt ethicam habentis.

¶ De dolore ⁊ apostemate stomachi. Cap. 64.

Si cuz dolore stomachi adsunt tribulatio ⁊ nausea: egro aqua tepi
da in potu est tribuēda: ⁊ vt vomat precipiēdū. Et si hoc nō suffe-
cerit vēter ex hiera pigra soluaf: q̄. ℞. pulueris rosaꝝ rubeaꝝ spice ma
sticis xilobalsami carpobalsami cinamomi xilocassie assari omniū. anā.
ℨ. ß. aloes scotrensis duplum omnium quod bene tritū cū alijs misceaf
medicinis tritis: ⁊ cum panno sericino subtilissimo cribellatis: quaruz
trituratio cum aloe secundo iteref. Cuius dosis sit a pondere duorum
aureorum vsqꝫ ad. ℨ. ij. ¶ Egro quoqꝫ quotidie def panis in vino ⁊ suc
co mali granati infusus: ⁊ in sirupo acetoso de citonijs. ¶ Quod si cuz
dolore fuerint ructuum multitudo ⁊ extensio atqꝫ singultus: egro ele-
ctuarium diaciminum: ⁊ de calamento ⁊ alie confectiones que ventosi
tatem dissoluere consueuerūt que in capitulo de colica nominabimus
danda erunt. ¶ Cibaria vero eius sint calagie ⁊ mutagenat cū semini-
bus: vini veteris puri parum bibat ⁊ vtatur motu ⁊ ingrediatur bal-
neum. Stomachus quoqꝫ ex oleo de neriden vt diximus in panno in-
uoluto vaporetur.
¶ Si autem cum dolore stomachi fuerit febris ⁊ apostema manifestuz
⁊ cum tangitur sentitur calidus: eger prius ex basilica flobotomef ⁊ lo
co dolenti duo superponanf sandali ⁊ rose ⁊ camphora cum aqua ro-
sata ⁊ succo citoniorum. ¶ Nutrimentum vero eius non sit nisi sola or
dei aqua: ⁊ custodiaf a carne ⁊ vino ⁊ confectionib⁹ que de melle fiunt
⁊ bibat succum granatorum muzoꝝ ⁊ rob de fructibus frigidis. ¶ Cū-
qꝫ caloris vehementia sedata fuerit: egro cassia fistula in succo endiuie
dissoluta ⁊ bullita ac dispumata ad bibendū detur. ¶ Cum autem egri
tudinis dies elongati fuerint: ⁊ calor omnino quieuerit si remanserit
apostema cum durtitie: ex hoc emplastro epithimetur locus: quod. ℞.
violarum siccarum. ℨ. x. rosarum rubearum. ℨ. ß. spice odorifere masti-
cis amborum. ana. ℨ. iij. ciperi squinanti calami aromatici omnium.
ana. ℨ. ij. farine fenugreci. ℨ. xx. florum camomille: seminis maluauisci

albi farine ordei omniuʒ.añ.ʒ.x.conspergantur omnia ex mucillagine
seminis lini. Deinde locus ex oleo de neriden tepefacto inunctus em-
plastretur ex predictis per quatuor horas anteq̄ comedat. Et postq̄ ci-
bus fuerit digestus: ⁊ stomachus fuerit euacuatus: ex oleo de neriden
cum lana vt diximus vaporetur.
¶ Cōfectio olei nardini simplicis. ℞.olei de ben.lib.i.spice.vnc̄.s.ma
sticis costi ciperi squinanti calami aromatici omniū.añ.octauaʒ vncie
vnius.omnia hec puluerizata in predicto oleo posita ad soleʒ p hebdo
madam vnaʒ vasis ore clauso dimittatur: deinde colentur ⁊ expriman
tur feces: ⁊ scophe que in manibus remanserint emplastris admiscean
tur.optime enim erunt. ¶ Cum autem apostema in stomacho inuetera
uerit: trocisci de spica erunt dandi: qui. ℞. florum squinanti xilocassie
rauetseni calami aromatici spice omnium.añ.ʒ.iij. croci myrrhe anisi
costi piperis omniū.añ.ʒ.i.bdelij varij.ʒ.iij.masticis.ʒ.ij.armoniaci.ʒ.
i.informentur trocisci: quorum vnusquisq̄ vnuʒ ponderet aureum: ex
quibus vnus quottidie cum vino cocto detur.
¶ Emplastrum quoq̄ istud fiat: quod. ℞.bdelij mollis.ʒ.x. armoniaci
ʒ.v.seminis ben seminis apij amboꝝ.añ.ʒ.x.spice masticis nigri: ambo
rū.añ.ʒ.v.cere.ʒ.iij.olei de neriden.ʒ.xv.gūme i vino dissoluant: dein-
de omnia coniungantur ⁊ fiat ex eis emplastrum. ¶ Ad doloreʒ tamen
stomachi ⁊ epatis curandum medicus valde eruditus est necessarius:
qui ipsoꝝ diligenter attendat dispositiones. Nos tamen aggregatiōes
⁊ summas ad hoc conferentes iam diximus: lʒ inquantū potuimus in
hoc abbreuiauimus sermonem.

Capitulum.65.

¶ De singultu.

Cum singultus post grossi cibi comestioneʒ: aut vini valde tempe
rati bibitionem superuenerit: aqua calida in qua ciminuʒ ⁊ men-
ta ⁊ mentastrum ⁊ parum thuris bullierint: multotiens in potu erit
sumenda: ⁊ egro vt dormiat est precipiendum: ⁊ venter vaporandus: ⁊
ieiunandū est ei. ¶ Cum autem per multos dies a comestione abstinue
rit iubendus est balneum sepe ingredi. Deinde paucis cibis desiccanti
bus tamen est alendus sicut sunt calagie ⁊ mutagenat cum seminibus
⁊ vini puri parum in potu tribuendū. ¶ Et si hec non suffecerint: troci
sci isti dandi sunt qui dicūtur trocisci de thure: ⁊. ℞.thuris.ʒ.s. enule.
ʒ.iij.mentastri foliorum rute sicce amborum. añ.ʒ.ij. seminis nemen.ʒ.
iij.⁊.s.informent ex his trocisci pondere vnius aurei: ex quibus vnus
in die cum apozimate cimini tribuatur. ¶ Qd si singultus post febrem
acciderit: fueritq̄ cum eo tribulatio: aut nausea: aut sitis: aut in ore sic-
citas: aqua calida egro multotiens danda erit: non tamen repente sed
paulatim. ¶ Et si sedatus non fuerit: aqua ordei cum oleo de amigda-
lis dulcibus detur. Spondiles quoq̄ colli ⁊ dorsi ex oleo tepido inun
gantur ⁊ fricentur: ⁊ mucillago psilij cū iulep ⁊ succo granati in potu
tribuat. ¶ Singultui preterea ⁊ sternutatiōi confert retinere anhelitū.

¶ De canino appetitu. Capitulum. 66.

Cum aliquis famez assidue patitur: et cibus post comestionem adeo grauat eum: vt aut vomere aut per inferiorem regionem ipsum eijcere cogatur: rizi dandum est ei: quod dum coquitur ex liquore qui fluit ab agno qui in furno assatur impinguatur et cauda et ei similia: necnon ex omni cibo qui vnctuosus est. Et vinum vetus purum dandum est: de quo quantum poterit bibat. Deinde precipiendum ei est vt euomat: et hoc regimine conseruandus est donec sanetur. ¶ Quod si neque cibus eum grauat neque ipsum euomit neque per secessum expellit: carnes vaccine sunt dande et frumentum coctum vt puls et rizi cum lacte: et aquam frigidam in potu sumat: et in aere frigido moretur. ¶ Hac autem egritudine laborans nil acetosum et stipticum neque acutum comedat: sed dulcibus et vnctuosis solum vtatur.

¶ De colere epatis. Capitulum. 67.

Cum quis male fuerit coloratus et cum hoc malam habuerit formam: habueritque dolorem in dextro latere apud costas posteriores: et fuerit eius malus color citrinus: et fuerit cum hoc in ore siccitas: et sitis vehemens: aqua ordei et succi herbarum vt endiuie et solatri et cuscute cum sirupo acetoso ex zuccharo albo facto in potu tribuantur.

¶ Emplastrum quoque ex duobus sandalis et rosis et camphora et aqua rosata: cum panno lineo loco superponatur. Quod hoc modo fiat: pannus in predictis inuolutus superponatur: cumque tepere ceperit remoueatur: et alius loco eius apponatur.

¶ In potu preterea sumat granatorum succum et robub qui infrigidare consueuerunt. ¶ Hic quoque a vino et a confectionibus que de melle fiunt sibi caueat et a cibis calefacientibus: et sumat trociscos de berberis: qui. ℞. succi berberis. ʒ. x. seminis endiuie citrulli seminis portulace seminis omnium. ana. ʒ. iij. rosarum. ʒ. ij. rauetseni. ʒ. i. spice. ʒ. s. Informentur trocisci pondere aurei vnius: ex quibus dentur vnus cum sirupo acetoso de zuccharo aut cum succo granati. ¶ Venter quoque si necesse fuerit cum succo fructuum soluatur: vt sunt pruna et tamarindi: et zuccharo albo. ¶ Quod si malus color qui est cum dolore capitis fuerit albus medius videlicet inter eum qui est cum fluxibilitate et cum qui est cum tumore: fuerintque cum eo ventris solutio et palpebrarum atque extremitatum tumor: trocisci de rauetseni cum sirupo acetoso de melle in potu dandi sunt: qui. ℞. masticis succi eupatorij succi absynthij seminis feniculi: anisi omnium ana. ʒ. ij. ranet. ʒ. x. informentur trocisci pondere aurei vnius: ex quibus vnus in potu omni die tribuatur.

¶ Sumantur preterea spica mastix ciperum squinantum calamus aromaticus crocus mirra: deinde mirra et mastix in vino dissoluta cum alijs misceantur: et ex eis emplastrum epati superponatur. ¶ Eger vero a cibis grossis et frigidis abstineat. ¶ Si autem hec non suffecerint: trocisci de lacca cum apozimate de radicibus sunt dandi. ¶ Trocisci autem de lacca sunt qui. ℞. lacce rauetseni amborum. ana. ʒ. iij. spice seminis apij

ameos masticis squinanti seminis iuniperi amigdalarũ amararũ costi amari rubee succi eupatorij assari aristologie rotunde gentiane omniũ aã.ʒ.i.ꝛ.ʒ.Informẽtur ex his trocisci pondere vnius aurei.

¶ Apozima de radicib⁹.℞.corticis radicũ apij feniculi amborum.aã.ʒ.x.seminis apij seminis feniculi floris squinãti ameos omniũ aã.ʒ.ʒ.rosarum rubearum spice odorifere amborum aã.ʒ.iij. coquãtur in lib.i.aque donec ad tertiam redeat:ꝛ detur in potu cuȝ predictis trociscis. ⁋ Si autem apostemata in epate fiant:eorum cura erit vt apostematuȝ que in stomacho generantur.

¶ De icteritia. Caplm.68.

SI cum icteritia fuerit febris:succus endiuie ꝛ solatri ꝛ aqua ordei egro in potu tribuatur.Ipse quoqȝ ex cucurbita ꝛ crisolocanna ꝛ citrullis ꝛ his similibus herbis frigiditati attinentibus nutriendus est ꝛ sirupũ acetosum ex fortissimo aceto in potu sumat. ⁋ Epati preterea emplastrũ ex duob⁹ sandalis est superponendum:ꝛ venter ex succo prunorum ꝛ zuccaro soluendus.Que si non suffecerint:trocisci de cãphora cũ succo granatorũ dandi sunt.

¶ Trocisci de camphora.℞.zuccari spodij rosarum rubearũ omnium aã.ʒ.iij.seminis endiuie seminis citrullorum cucurbite lactuce portulace seminum ex omnibus sandali rubei omniũ aã.ʒ.i. Informent ex his trocisci pondere.ʒ.ij.ex quibus quotidie vnus cũ sexta.ʒ.vnius de camphora detur. ⁋ Si autem eger venas habuerit plenas fueritqȝ diu ex quo minutus non fuit flobotometur. ⁋ Qd̃ si icteritia fuerit sine febre:venter ex his pillulis soluatur: que.℞.aloes.ʒ.i.scamonee quarta ʒ.i.agarici partes duas.ʒ.vnius:succi eupatorij tertia.ʒ.i.ex his cũ succo endiuie confectis:fiant pillule:sufficient ad dosim vnaȝ.Deinde detur trocisci de lacca cum apozimate de radicibus. ⁋ Si autem icteritia in oculis remanserit:eger fortissimuȝ acetum paulatim olfaciat ꝛ balneum ingrediatur. ⁋ Eius quoqȝ oculis qui icteritiam cũ febre patitur aqua rosata immittenda est. ⁋ Icteritie preterea valde confert : vt eger per tres hebdomadas serum bibat.

¶ De ydropisi. Caplm.69.

CUm venter post epatis doloreȝ ꝛ febres augmentari ceperit: ꝛ qd̃ est ab vmbilico vsqȝ ad femur exterius prominuerit: ꝛ cutis q̃ ibi est subtiliari ꝛ albere visa fuerit:ꝛ cum venter mouetur auditur sonit⁹ quasi aque in vase non pleno mote. Et si cuȝ his vrina fuerit rubea parua habenda est fiducia:ꝛ ꝓprie si virtutis non affuerit fortitudo.His tamen si virtus fuerit fortis:ꝛ venter vehementer siccus pillule de rauet que recipiũt mezereon sunt dande.

¶ Pillule aũt de rauet sunt que.℞. rauetseni succi eupatorij seminis endiuie:omnium aã.ʒ.iij.agarici.ʒ.v.mezereon.ʒ.x.fiant ex his pillule quaruȝ dosis sit.ʒ.ij.ʒ.ex quibus quaqȝ hebdomada dosis vna sumat.

¶ Qd̃ si virtus debilis fuerit:trocisci de mezereon sunt dandi:qui.℞.seminis endiuie.ʒ.x.mezereon.ʒ.i.ꝛ duas tertias:agarici succi eupato-

xvij:similiter tantūdem rosarū seminis citrullorū amborū. anā.ʒ.ij.ȝ.ʒ.ex his omnibus fiant trocisci.x.de quib⁹ vnus in die cum syrupo acetoso de zucharo dandus est. ¶ Si autem venter fuerit solutus:dentur trocisci de berberis cuꝫ syrupo acetoso. ¶ Eger quoqꝫ nutriatur ex cib:egri ꝛ bibat syrupum acetosum de citonijs. Et si ventris solutio vehemens fuerit;citoniorū rob solum dandum est. ¶ Si autem cum hac passione non fuerit vrina rubea neqꝫ calor:pillule iste dande sunt que. ℞. mezereon serapini amborū.anā.ʒ.ʒ.salis indi fimi colūbini amborū.anā.sextā ʒ.i. Pillule enīꝫ iste aquā vehemēter expellūt:ꝛ descendere faciūt. Trocisci preterea de lacca cū apozimate de radicib⁹ dandi sunt.

¶ Emplastrū asciliti conueniens. ℞. farine ordei cyperi stercoris ouini veteris baurach boliarmeni omnium partes equales. Ex his omnibus tritis fiat epithima super ventrem. Huius nāqꝫ proprietas est:aque magnam partem exiccare. ¶ Qd̄ si in palpebris ꝛ extremitatib⁹ fuerit apostema molle:ꝛ testiculi apostemantur faciesqꝫ ac totum corpus mollicie quadam teneatur:erit tūc hydropis species que hyposarcha nominatur. Egro itaqꝫ hac laboranti:trocisci de lacca cum apozimate de radicibus sunt tribuendi:ꝛ venter quaqꝫ hebdomada ex pillulis de reubarbaro est soluendus:ꝛ patiens in arena calida sepeliendus. Et preterea est precipiendum vt exercitio vtatur:ꝛ famem ac sitim sepe patiatur. ¶ Si vero venter inflatus ac tensus fuerit: ꝛ cum percutitur sonitum reddit vt tympanum:idropisis species adesse significabitur:que tympanites dicitur. Quam qui patitur a comestione oleruꝫ abstinere debꝫ atqꝫ eorum omnium que ventositatis sunt generatiua. Uenter quoqꝫ omni die ex panico est vaporandus:ꝛ ventose super ventrem ponende: medicamina tumorem dissoluentia danda sunt:vt dyaciminū electuarium de baccis lauri qd̄ in capitulo de yliaca nominabimus. Eger preterea exercitio vti assuescat:ꝛ fameꝫ pati:ꝛ ex collirijs que ventositateꝫ dissoluunt:quorum faciemus mentionem sibi subijciat. Uenter quoqꝫ cū mandili donec incipiat rubere:fricet:ꝛ ex oleo rutaceo clysterizet.

¶ De dolore splenis. Capitulum.70.

SI cum dolore splenis fuerit calor ꝛ vrine rubedo ꝛ febris:eger ex his trociscis sumat. Trocisci de agno casto. ℞. seminis agni casti tamarisci seminis amborum.anā.ʒ.x.seminis endiuie seminis portulace: amborum.anā.ʒ.v. ex his fiant trocisci:de quibus quottidie detur vnus cum syrupo acetoso de zuccharo:cui⁹ pondus sit:ʒ.iij. ¶ Eger vero si repletus fuerit ex saluatella que est in sinistra manu flobotometur. Splen quoqꝫ ex frusto filtri aceto calido infusi embrocetur ꝛ obseruetur a rebus dulcibus ꝛ cibis grossis. ¶ Qd̄ si cum predicta egritudine non fuerit calor:egro trocisci de capparis dandi sunt: qui. ℞. corticis radicum capparis seminis agni casti amborum ana.ʒ..x.scolopendrie.ʒ.vij.aristologie longe foliorum ruthe seminis nasturtij acori nigelle omniū.anā.ʒ.iij.armoniaci.ʒ.iij.armoniacū i aceto dissoluatur: ex quo cetera conficiant;ꝛ informent ex eis trocisci ponderantes.ʒ.ij. ex

quibus vnus cum sirupo acetoso de melle: z apozimate de radicibus in potu sumatur. ¶ Si autem splen tensus fuerit: z cum premitur audi tur sub eo rugitus: ex predictis trociscis cum apozimate de radicibus est dandum: z vinum vetus bibendum: z potus aque minoretur quantum plus possibile fuerit

¶ Emplastrũ ad duriciem z ventositatem que est sub splene. ℞. folioꝝ ruthe. ʒ. x. baurach mentastri sicci amboꝝ. añ. ʒ. iij armoniaci. ʒ. viij. armoniacũ in veteri vino dissoluat ex quo cetera conficiant: z fiat ex eis emplastrum qđ loco superponat.

¶ De colica. Capitm. 71.

SI cum dolore ventris fuerit ipsius constrictio z nausea: sed neq3 calor affuerit: ea egro danda sunt que ventrem sine vomendi desiderio soluant: vt est electuariũ de gallia: qđ. ℞. masticis gariofil. zinziberis melanopiperis macropiperis cinamomi nucis muscate gallie omniũ añ. ʒ. x. scamonee. ʒ. x. postea exprimantur cytonia acetosa z recentia: z succus eorum cum eiusdem quantitatis melle misceatur z coquatur vsq3 ad spissitudinem paulatim: z conficiatur ex eo medicamen quod tamen eiusdem sit quantitatis cuius species sunt: cuius dosis sit a duabus. ʒ. vsq3 ad. ij. z. 5.

¶ Quod si nausee vehementia non fuerit: neq3 eger medicinas vomu erit: pillule iliatice sunt dande: que. ℞. colloquintide: serapini: amboꝝ. añ. ʒ. x. scamonee. ʒ. iij. z tertiam. Informentur pillule: de quibus vnius aurei pondus est dandum. Velociter enim passionem dissoluũt iliacam. ¶ Si autem passio iliaca difficilis fuerit neq3 medicamina ventris solutiua ei contulerint: hoc suppone collíriũ: quod. ℞. salis panis. ʒ. x. colloquintide interioris scamonee amborũ. añ. ʒ. ij. z. 5. fiant ex eis collíria longa z supponatur. ¶ Et si non contulerit: ex enemate leui clysterizet qđ. ℞ ficus citrinas quinq3 furfuris quantũ manu vna capi potest mal uauisci. M. i. hec in panno ligata: z sicle folia. x. in duabus libris aque coquantur donec ad vnam redeant: deinde colet z ponatur super eam baurach pondus aurei vnius: olei sisamini vnc. i. z fiat clystere ex eo. Siquis autem fortius z acutius facere voluerit: pondus aurei vni⁹ de collirio quod prius diximus admisceat.

¶ Clystere vehemẽter soluens quo tũc vtendũ est cũ medicamina non conferũt: neq3 venter soluit. ℞. colloquintide interioris. ʒ. x. centauree ʒ. v. bnchormarié arthanita amborũ. añ. ʒ. ij. mẽtastri ruthe origani omniũ añ. M. i. omnia in trib⁹ libris aque donec ad duas tertias libre vni⁹ redeant coquantur z colentur: deinde dissoluantur in ea alkitran mellis amborũ añ. ʒ. iij. castorei serapini opoponacis colliriĳ qđ p̃dixim⁹ omniũ añ. ʒ. ij. misceant omnia: z dum tepidum est: fiat ex eo enema. z si squibale non exierint: iteretur clystere donec exire videntur. Hoc nãq3 clystere administrari debet cũ res fortissima est z pessima: z in colica mala: z est illa in qua sit nausea valde vehemens z infert⁹ nihil egreditur.

¶ Huic preterea egritudini quandoq3 fetida superuenit eructuatio: et

plerūqꝫ sterc⁹ p os egredit̄:qđ cuꝫ hoc accidit:sepe portendit mortem.
¶ Quod si cum ventris dolore non fuerit ipsius strictura: sed infla-
tio ⁊ rugitus ac tensio in ventre existūt:confectio de baccis lauri dan
da est. ℞.foliorū ruthe siccoꝝ.ʒ.x.ameos cimini nigelle keisin origani
carui alexandrini:seminis amigdalarū amaraꝝ melanopiperis macro
piperis mentastri dauci acori bacchaꝝ lauri castorei: omniū.an̄.ʒ.ij.se-
rapini.ʒ.iiij.opoponacis.ʒ.iij.conficiantur cū melle eiusdem ponde
ris cuius dosis sit vt auellana vna : aut nabacca multis vicibus cum
vncia vna vini calefacti:aut cum apozimate de radicibus. Huic enim
confectioni in remouenda ventositate ⁊ dissoluenda nihil eqparatur.
¶ Hoc preterea suppositorium subijciatur:qđ est ventositatis dissolu-
tiuū. ℞.cimini.folioꝝ ruthe viridis amborūꝫ.an̄.M.i.bucormarē ar-
thanite amboꝝ.an̄.ʒ.ij.baurach.ʒ.i.conficiant̄ ex melle:⁊ supponat̄⁹ cū
spongia vel lana. Hoc enim dissoluit ventositatem ⁊ inferius expellit.
Venter quoqꝫ assidue ex panno calido vaporandus est:⁊ eger in tinaꝫ
mittendus. ¶ Si autem hec non suffecerint:ventosa cum igne imponē
da est:⁊ locus donec rubere incipiat fricandus. Post hec vnctio fieri
conuenit ex oleo rutaceo:⁊ ex alijs oleis calidis:⁊ ex eis clysterizādus
est eger postq̄ eis admixta fuerit:castorei euforbij amboꝝ.an̄.ʒ.s. ¶ Hāc
vero solitus pati egritudinem:dū sanus est caueat ne vinū aqua mixtū
bibat:nec etiam sumat vinū nisi puꝝ ⁊ forte:neqꝫ aquam multaꝫ bibat
⁊ abstineat ab herbis ⁊ lacte:⁊ omnib⁹ inflatiuis.
¶ Filonium faciens ilíosis cū maximo coartantur dolore: ⁊ timetur
ne sincopis egro superueniat:ventositatem carminat:somnū prouocat
℞.piperis ameos folioꝝ ruthe mentastri castorei baccharū lauri cimi-
ni omniū.an̄.vnc̄.i.opij mandragore iusquiami seminis omnium.an̄.
vnc̄.s.conficiant̄ cū melle eiusdem quantitatis:detur ex eo pond⁹ vni⁹
aurei. Huic quoqꝫ electuario addit̄ plerūqꝫ scamonee vnc̄.tertia ⁊ fit
tunc medicamen ventris solutiuū. ¶ Si autem cum dolore etiam fe-
bris affuerit:cassiafistula in succo endiuie bullito ⁊ dispumato disso-
luta egro est danda:⁊ syrupus violatus in potu est tribuendus ⁊ nutri
endus est ex tafea cū oleo de amigdalis dulcibus condita:⁊ ex leni cly
steri clysterizandus. ¶ Cum autem locus doloris in ventre apparuerit
grossus:⁊ apostema habens: eger in principio flobotometur: deinde
cassiafistula cū succo herbarum sepe danda: ⁊ sit cibus eius cuius hic
dolor ex consuetudine accidere solet:tafea vnctuosa cum zuccharo et
oleo sisamino:⁊ abstineat a rebus stipticis ⁊ acetosis ⁊ cibis grossis et
ventrem stringentibus. ¶ Qui autem cum hoc dolore ventositatem pa
ti solitus est:cibetur cum kalagie ⁊ mutagenat conditis cum seminib⁹:
⁊ abstineat ab oleribus ⁊ lacte:⁊ ab omnibus que inflant. Et bibat vi-
num forte ⁊ non viciatum. Aut idromel cum speciebus que pro condi
mento ponūtur:vt piper quas dicemus.
¶ Idromellis confectio. ℞.mellis mundi lib̄.i.aque lib.vi.misceant̄
⁊ coquantur diu ⁊ spumentur bene donec fiat ad similitudineꝫ iulep.

Cumq3 hoc factum fuerit in vnaquaq3 libra ex eo mittantur.ʒ.ij. piperis pulverizati in panno ligati donec appropinquet finis decoctionis eius: & cum infrigidantur extrahatur pannus & exprimatur: & cũ necesse fuerit propinetur.

¶ Confert etiam cui hec passio ex ventositate & grossa superfluitate accidere solet: oleum de cherua recenti cũ apozimate de seminibus sumptum. ¶ Apozima autem de seminib⁹ est hoc. ℞. ameos cimini chelsim carui origani nigelle omniũ añ. pugillũ vnuz. Istis admisceantur aque lib. iij. & coquantur donec redeant ad libram vnam & mediam. De hoc itaq3 apozimate sumantur vnc. ij. quibus.ʒ.iij. olei de cherua addãtur: & multis dieb⁹ bibant. ¶ Sed si cui dolor iste cum calore superuenerit pruna.xx. & ficus citrine.v. & passarũ enucleatarũ.ʒ.v. sumant & coquãtur & colentur: deinde cassiafistula in eo dissoluta coletur: cui oleũ amigdalinuz admisceat & sumatur: & ex apozimate qđ in capitulo de reumatismo diximus in potu tribuatur. ¶ Venter vero si multũ fuerit siccus predicto apozimati addantur polipodij turbith: amborũ. añ.ʒ.ij. & coquantur cum eo: & detur donec venter soluatur. ¶ Cum autem solutus fuerit remoueatur polipodiũ & turbith.

¶ Electuariũ qđ ventrem soluens inflationem resoluit: & grauedinem ℞. turbith albi fricati & pulverizati.ʒ.xx. zinziberis.ʒ.x. zuccari.ʒ.xxx. hui⁹ pulveris.ʒ.iij. ad bibendũ dentur.

¶ Pillule de quibus cum quis ventrem soluere voluerit vnam sumere debet: que appetitum excitant & inflationem reprimũt & grauedines & cibum digerunt. ℞. masticis zinziberis cinamomi gariofilorũ nehere misk melanopiperis macropiperis scamonee violarum zuccari omniũ añ.ʒ.i. fiant ex eis pillule ad magnitudinem ciceris: & sumatur vna: mouet enim semel aut bis.

¶ De fluxu ventris. Capl'm.72.

Cum cibus in stomacho more solito non moraf: immo citius egreditur non mutatus nisi parum fuerit: cum hoc mordicatio & dolor in ventre & sitis: cum quo etiam plerũq3 adest ventris fluxus in quo ante comestionem inuenitur purulentum: detur egro rob de succo vue acerbe aut de succo ribes: aut de succo granatorum cum spodij rosaruz amborum añ.ʒ.i.

¶ Trocisci quoq3 de spodio constrictiui itidem tribuantur.

¶ Nutriatur vero ex adesia citrina: & pullis cũ aceto coctis: & assatis: & in succo vue acerbe positis.

¶ In potu autem sumat sumach cum aqua rosata: & deinde nutriatur ex cibo: cui admiscetur sumach: qui vocatur sumachia. ¶ Totũq3 eius regimen ad hoc perducatur vt infrigidare possit & cõstringere. Quod si non fuerit cum eo mordicatio in ventre: neq3 q egreditur pus habet admixtum: sed est viscosum: & adest inflammationis paucitas & pauca sitis: & ructus acidus: egro sicla & sinapis & pisces saliti tribuantur. Deinde cogatur ea vomere sumendo salem & mel & anetum coctũ. ¶ Que

si non suffecerint: medicamen quod expellit flegma tribuatur. Quod ℞.aloes.ʒ.i.collogntide iterioris.ʒ.iiij.salis indi.ʒ.iiij.turbith.ʒ.i.Ex his fiant pillule: ⁊ sufficiunt ad dosim vnam.

¶ Uomitu preterea sepe vtatur: ⁊ cibaria quibus vtitur in almuri pso intinganitur ⁊ comedat sulcita que sale condiuntur: ⁊ que acrimoniaȝ habent: que appetitum prouocare consueuerunt. ⁋ Si autem cum hoc quod diximus nihil egreditur qđ sit superfluū: neqȝ qđ expellit aliqđ purulentum vel flegmaticum habet admixtum: egro vinum purum ⁊ forte tribuendum est: ⁊ diaolibanum dandum: qđ.℞.olibani.ʒ.x. piperis ameos spice keisiȝ anisi nigelle: omniū.añ.ʒ.ij.balaustie.ʒ.x. mellis dispumati qđ sufficit ad ꝯficiendū: detur ex hoc in potu: q: stomachuȝ calefacit ⁊ vehemēter desiccat. ⁋ Apozima quoqȝ de senibus qđ in capitulo colice passionis noīauimus det ⁊ assuescat in potu sumere vinū puruȝ. ⁋ Si vero cibus nō egredit sed res subtilis ⁊ alba ⁊ aquosa: cuȝ qua sunt ea que epatis significant debilitateȝ: egro tribuat id qđ fit de scoria ⁊ diaolibanū: ⁊ trocisci calefaciētes epar quos noīauimus: ⁊ electuarium diacalamentū: qđ.℞. folioꝝ ruthe folioꝝ calamenti siccorū: ameos carui leuistici zinziberis cinamomi macropiperis: oium partes equales: ꝯficiant cū melle cocto: ⁊ dent alia medicamina que nominauimus in caplo epatis: ex his que ipsum calefaciūt ⁊ cōfortāt. ⁋ Si aūt cū predicta egritudine nō fuerit significatio debilitatis epatis: imo qđ egredit cum fluxu subtile est ⁊ album ⁊ fiat in stomacho grauitas: puluis de granatis ad transglutiendum dandus est: qui.℞. ossium granatoꝝ acetosoꝝ assatoꝝ tritoꝝ vt alchool.ʒ.c. carui se.coriandri: amborū aceto acerrimo infusorum: ⁊ postea assatorum.añ.ʒ.xx.xilocaracte sumach balaustie: omnium.añ.ʒ.x.puluerizentur optime ⁊ commisceantur: ⁊ detur ex eis puluis ad transglutiendum. ¶ Electuarium quoqȝ qđ dicit canzi det: qđ.℞.arilloꝝ passarū tritoꝝ vt alcohol lib.i.mirtillorū siccoꝝ puluerizatorū vt alcohol lib.ʒ.xilocaracte nabati balaustie sem.tamarisci ameos omniū.añ.ʒ.x.conficiant cū melle de canna mellis aut cū melle apū optime dispumato: ⁊ ex electuario sumat. ¶ Si auteȝ qđ egredit citrinū fuerit: ⁊ anū mordicat: ⁊ eger sitiȝ patiat ⁊ febrē: trocisci constrictiui de spodio: ⁊ aqua sauic ordei dent. ¶ Trocisci constrictiui de spodio.℞.rosaꝝ rubeaꝝ spodij: amborū.añ.ʒ.x.seminis acetose sumach balaustie gūmi arabici: omniū.añ.ʒ.v.Informent trocisci pondere.ʒ.ij.quoꝝ vnus cuȝ vnc.de rob citonioꝝ simplici sumatur: aq̄ vero sauich ordei quā diximus ita fit.ordeū fractū in aqua ipsuȝ cooperiente bulliat donec aqua inspisset: deinde colet ⁊ bibant ex ea vnc.iiij.cuȝ tribus.ʒ.spodij ⁊ gūmi arabici eadē quātitate. ¶ Quod si ex fluxu ventris euenerit excoriatio puluis de bolo ad transglutiendum detur: qui.℞.psilij.ʒ.xx.seminis plātagīs.ʒ.x.gūmi arabici boli armeni: amborum.añ.ʒ.iij.psilium assetur ⁊ gūmi: ⁊ bolum puluerizetur ⁊ commisceatur: ⁊ sumantur in potu ex eo in mane.ʒ.iij.cum rob de citonijs ⁊ circa noctem tantūdem. ⁋ Cibus vero eius sit pulmentum factuȝ cum

granis granatorum ⁊ passis cum aqua ⁊ aceto ⁊ cibus factus cuȝ suc-
co vue acerbe ⁊ sumachia ⁊ tasea admiscetur succus sumach ⁊ his si-
milia cibaria.
¶ Trocisci de balaustijs qui continue conferunt dyarse dandi sunt: cū
fluxus fuerit superfluus: siue habeat sanguinem admixtum siue nō. ℞.
gallarum siliquarū nabati seminis tamarisci olibani balaustie: omniū
partes equales: opij gūmi arabici amborūȝ. an̄. partem mediam. Infor-
mentur trocisci pondere. ʒ. ij. ex quibus vnus cuȝ vino sumatur: si ne-
qȝ calor affuerit neqȝ febris. Sed si febris affuerit: cum rob de cytonijs
acetosis sumat: qui tunc dandi sunt cū ventris fluxus supfluus fuerit.
¶ Trocisci ad tenasmon: qui dandi sunt cum caloris absentia fuerit: ⁊
ventositas erit nociua ⁊ sonit⁹. ℞. seminis iusquiami albi: seminis ane-
ti: seminis feniculi omniū. ʒ. ß. ameos. ʒ. ij. ⁊ ß. opij. ʒ. iij. seminis apij. ʒ.
x. fiant trocisci de quibus pondus vnius aurei in potu sumatur.
¶ Confectio de storace q̄ antiquo ventris fluxui conferens ac tenasmo-
ni: cū neqȝ febris neqȝ calor affuerit: sed erit ventositas nociua: danda ē
℞. castorei opij assari storacis liq̄de myrrhe semis iusquiami nigri thu-
ris omniū partes equales: mellis qđ sufficit ad specierȝ confectionem:
cuius dosis sit. ʒ. ij. vsqȝ ad tres.
¶ Si aūt postq̄ tenasmon decē trāsierit dies non visa fuerint medica-
mina ꝯferre: ⁊ eger supra pectinē sentit dolorem: redeūdū ē ad clystere.
¶ Clystere constrictiuū. ℞. panici excorticati lentium excorticatarȝ ro-
sarum siccarȝ balaustie cupularȝ glandiū omniū. an̄. M. i. omnia in. iij.
lib. aque coquant donec ad libram. i. ⁊. ß. redeant ⁊ colent: deinde su-
mant ceruse cineris papyri babylonici: aut cineris papyri amborȝ. an̄.
ʒ. i. boli armeni. ʒ. ß. vitellus oui vni⁹ assati durus: olei rosei. vnc̄. ß. Ex
his omnib⁹ in predicto apozimate fricaudo dissolutis clysterizet eger
semel aut bis. ¶ Qđ si tenasmon fuerit longi temporis in quo nō egre-
dit sanguis: sed rasura alba mucillagini similis: medicamen putredis
qđ in caplo de cura gingiuarȝ putridarȝ nominauim⁹ dādū est. Ex quo
in apozimate corū qđ nominauimus fricato dissoluto clystere semel aut
bis fiat. ¶ Et si ex ventris fluxu in ventre vehemens mordicatio secuta
fuerit: clystere fiat ex oleo roseo tepido. ¶ Si autem nullo modo mordi-
cat: clystere fiat ex illo medicamine: multotiens addatur donec sanet.
¶ Epithima de quo venter cum fluxus superfluit ⁊ virt⁹ est debilitata
liniendus est. ℞. gallie acatie ciperi myrrhe gallarum cypressi thuris
omniū partes equales. Ex his omnib⁹ vino veteri aut succo citoniorū
conspersis liniat venter. Huic quoqȝ quandoqȝ addit panis biscoctus
de suria. ¶ Si autem cū hac egritudine fuerit calor: epithima fieri con-
uenit ex duob⁹ sandalis ⁊ rosis ⁊ boloarmeno ⁊ faufel ⁊ gallis ⁊ pane
biscocto cū succo macianorȝ ⁊ citoniorȝ ⁊ myrthino.
¶ Qđ si eger vehementer patiatur tenasmon: ⁊ sepe vadat ad sellam: ⁊
tamen nihil egrediatur: collirium istud subijciat. Est enim mirabile ad
sedandū tenasmō qđ. ℞. thuris litij croci gūmi arabici: omniuȝ. an̄. ʒ. i.
opij. ʒ. ij.

opij.ʒ.ij.informentur collirla ꝛ supponantur.

¶ De difficultate mingendi. Cap.73.

CUm vrina minuitur aut ex toto retinetur neq̄ȝ in femore apparet tumor neq̄ȝ grauitas neq̄ȝ dolor in renibus sentit̄: succurrendum est ex medicaminibus vrine ꝓuocatiuis que noīabimus. ℣ Quoꝝ vnū est hoc qđ. ℞. seminis apij nitri rubee tinctorū olixatri seminis iuniperi se. assari ameos feni is feniculi spice amigdalaꝝ amaraꝝ semis melonis oium. aā. ʒ.x. cantaridarum quarū capita ꝛ ale abscisa fuerūt. ʒ.i. armoniaci. ʒ.iij. armoniacū in vino dissoluat̄: ꝛ alie species ex eo conficiant̄: ex q̄bus fiant forme auellanis similes de quibus sumant̄ ab vna ʒ. ad. iij. ʒ. hoc enim medicamē valde cōfert corpori cum dissolutionem patitur ꝛ laxitatē: ꝛ hyposarche ꝛ ad expellēda oia accidētia: cā quoꝝ corpus desiccari opȝ. ℣ Qđ si cōtingat mingēdi difficultas ex casu aut percussione in femore: aut in ano aut in eorum circuitu: eger ex basilica minuatur. Deinde aqua calida loco sepe superfundat̄: ꝛ vsq̄ȝ ad spaciū medij digiti ex oleis fricetur. Egro quoq̄ȝ precipiat̄ vt vrinam expellere nitatur. ¶ Si autem mingendi difficultas contingat vesica existēte plena ꝛ extensa: ꝛ sit hoc post sanguinis aut saniei mictum: medicamina q̄ trumbos sanguinis: aut pus quod in vesica generatur soluere consueuerunt ꝛ liquare: danda sunt. ℣ Medicamen quod trumbos sanguinis aut saniei que in vesica fit dissoluit. ℞. cordumeni myrrhe rubee, de qua tingitur seminis iuniperi armoniaci asse: omnium partes equales: armoniacum dissoluatur: ꝛ informentur pillule ex alijs speciebus ex eo confectis: de quibus quater in die sumatur cum apozimate de seminibus quod nominauimus. ℣ Syrupꝰ etiam acetosus ex forti aceto factus multotiens detur. ℣ Per siringam preterea imittatur in vesicā aqua in qua dissolutus fuit sal aut aqua cineris: ꝛ ista est cōfectio aque que fit de cinere. ℞. cinerē de ilice. cinerē de vitibus cali. calcem: his omnibus admisceatur tantum aque vt ex ea cooperiri possint: ꝛ dimittantur sic per tres dies: deinde coletur ꝛ per siringam in vesicam inijciat̄. ¶ Herba quoq̄ȝ croci hortulani ꝛ esula cocta superponantur. ℣ Tinaȝ preterea assidue ingrediat̄: in qua sit aqua in qua cocta sint camomilla sticados arabicus sansucus sisimbrium: aut in qua extremitates cauliū ꝛ esula ꝛ fimus columbinus cocte fuerunt. Eger in decoctiōe earum sedeat: ꝛ ex herbis istis sic coctis fiat emplastruȝ super femur ꝛ partes ei circūadiacentes. Et dum in tina moratur sumat in potu que vrine ꝓuocatiua existūt. Et si hec omnia nō profuerint: ad instrumentum cū quo vrina prouocatur est recurrendum.

¶ Si aūt mingēdi difficultas post lapidis signa affuerit: eger supinꝰ iaceat ꝛ pedes eius diuersis modis ꝛ fortiter quatiēdi sunt. Et si vrina nō egressa fuerit oportebit vt cū instrumēto curet̄ per quod membro imissum fit ipulsio. Cauendū tamen est ne virge imittatur: cuȝ est ibi apostema. Ad difficultatē quoq̄ȝ valde confert sepe ingredi tinam: ꝛ vngere loca ex oleis ꝛ medicamina vrinā ꝓuocātia in potu sumere ꝛ abstine-

re a nutrientibus acetosis ⁊ ponticis ⁊ grossis.

¶ De lapide. Cap. 74.

Cum eger virgam sepe fricat ⁊ manu tractat. ipsa quoq; quãdoq; erigitur ⁊ arescit: ⁊ vrina difficulter ⁊ cum dolore egredit: in qua egritudine fortasse etiam longa ōne quandoq; exiit. lapis in vesica eē significatur. Si aūt eger sentit cum difficultate mingendi vehementē dolorem in renibus: ⁊ in emunctorijs: ⁊ nauseã: ⁊ ventris constrictiōez: in renibus lapis esse monstratur.

¶ Lapidi vero qui est in vesica confectio ista vtilis existit: ⁊ est optima ad frangendum lapidem cum vetustus fuerit. Ego quoq; iam fregi cū eo magnum lapidem in spatio minore quadraginta dierum. Cuius cōfectio. ℞. carpobalsami seminis raphani dauci olixatri seminis corticis radicū opoponacis corticis radicū capparis amigdalaruz amararuz dānococtie squinãti ciperi spice ide cassielignee saculofundurion harmel gentiane aristologie rotunde assari cordumeni armoniaci serapini bdelij piperis acori: oīum ptes equales: gūme sufficienti balsamo dissolute malaxentur: ⁊ ex eis alie species conficiantur: ex quibus informent pillule: ⁊ sumatur ex eis in die. ℈. ʒ. cum apozimate de seminib⁹. Quandoq; etiã sexta pars. ʒ. vnius de cinere scorpionuz simul cuz eis datur.

¶ Cinis vero de scorpionibus hoc modo fit. Scorpiones sumanť ⁊ in ollaz nouam positi os habentem opilatum super lacertulum in furno mittantur: in quo non sit vehemens calor: ⁊ sint ibi sex horarum spatio: deinde extracti pulverizenť ⁊ reponanť. ¶ Eger vero nutriať ex aqua ciceris ⁊ caligie ⁊ mutagenat. Et abstineat a lacte ⁊ caseo ⁊ ab alijs cibis grossis. ¶ Ingrediatur tinaz in qua sit aqua in qua cocta sint folia caulium ⁊ esula ⁊ berengesif ⁊ mentastrum ⁊ fimus columbinus ⁊ medulla seminis croci hortulani. ¶ Femur etiam inūgatur ex oleo de scorpionibus: ⁊ distilletur ex eo in virgam.

